GRATIANUS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 20v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



terreno de monasterio exire nefandissimo ausu presumat. neq; pe
nitentiam dare. neq; filium de baptismo accipere. neq; baptizare. neq;
infirmum uisitare. neq; mortuum sepelire. neq; ad ecclesiam seculare
transire. neq; qualibuscumq; negociis sese implicare. Sit claustro
suo contentus. quia sicut piscis sine aqua caret uita. ita sine monas
terio monachus. Sedeat itaq; solitarius et taceat. quia mundo
mortuus est. deo autem uiuit. Agnoscat nomen suum. Monos grece.
latine unus. achos grece. latine tristis. Unde dicitur monachus. i. unus tristis.
Sedeat igitur tristis. et officio suo uacet. ITEM Paschalis. ii. victori
bononiensi episcopo. Absq; episcoporum consensu episcopalia iura monachi non
Peruenit ad nos unde ualde miramur. VSVRPENT.
quod quidam monachi et abbates in parrochia uestra. contra sanctorum patrum
decreta episcopalia iura et officia sibi arrogantur uendicant. uidelicet
penitentiam. remissionem peccatorum. reconciliationem. decimas
et ecclesias. cum absq; proprii episcopi licentia uel apostolice sedis auctoritate
hec nullatenus presumere debeant. sicut in calcedonensi concilio a
sanctis patribus de huiusmodi cautum est. et sub anathematis uin
culo monachis omnibus prohibitum. Mandamus itaq; dilectioni
tue ut eos conuenias. et ne talia deinceps presumant omnino
prohibeas. ITEM Calistus PAPA. DEEODEM.
Interdicimus etiam abbatibus et monachis publicas penitentias
dare. infirmas uisitare. et unctiones facere. et missas pu
blicas cantare. crisma. oleum. consecrationes altarium. ordinati
ones clericorum ab episcopis accipiant. in quorum parrochiis manent.
ITEM Alexander SCDS. Monachi intra claustrum morantes .viiii.
Iuxta calcedonensis tenorem optimi concilii. clericorum officia extra non admi
monachis quamuis religiosis ad normam beati benedicti intra nis
claustrum morari precipimus. uicos. castella. ciuitates. peragrare tenent.
prohibemus. apostolorum predicatione omnino cessare censuimus. nisi
forte quis de sue anime salute sollicitus. ut eorum habitum assu
mat eos intra claustrum consulere uoluerit. ITEM ex concilio
calcedonensi. Monachi quos in ciuitatibus episcopo debent esse subiecti. x.

J. e. q. ii. Sane. 7 q. vii. Decimas 7.

J. xviii. Criminoso.